Klosterneuburg, Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



42

bis et calcabis leone et dracone Quoniam in me speraunt li
berabo eum protegam eum quoniam cognouit nomen meum Clama
uit ad me et exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione eripiam
eum et glorificabo eum Longitudine dierum repletio eum et ostendam
illi salutare meum Gloria patri et filio et spiritui sancto Psalmus
Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime
Ad annuntiandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per
noctem In decachordo psalterio cum cantico in cithara
Quia delectasti me domine in factura tua et in operibus ma
nuum tuarum exultabo Quam magnificata sunt opera tua domine
nimis profunde facte sunt cogitationes tue Vir insipiens non
cognoscet et stultus non intelliget hec Cum exorti fuerint
peccatores sicut fenum et apparuerint omnes qui operantur in
iniquitate Ut intereant in seculum seculi tui autem altissimus in eternum
domine Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt
et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem Et exaltabitur
sicut unicornis cornu meum et senectus mea in misericordia uberi
Et despexit oculus meus inimicos meos et in insurgentibus
in me malignantibus audiet auris mea Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur Plan
tati in domo domini in atriis domus dei nostri florebunt Adhuc
multiplicabuntur in senectute uberi et bene patientes
erunt ut annuntient Quoniam rectus dominus deus noster et non est
iniquitas in eo Gloria patri et filio et spiritui sancto Psalmus
Dominus regnauit decorem induitus est induitus est dominus
fortitudinem et precinxit se Etenim firmauit orbem
terre qui non commouebitur Parata sedes tua deus ex tunc
a seculo tu es Eleuauerunt flumina domine eleuauerunt flumina
uocem suam Eleuauerunt flumina fluctus suos a uocibus
aquarum multarum Mirabiles elationes maris mirabilis
in altis dominus Testimonia tua credibilia facta sunt nimis